

Petrus de Vines

*Ep. II 16 (Prudenter
precidenda sunt mala...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vines

*Ep. II 16 (Prudenter
precidenda sunt mala...)*

1231

Mediolanensibus, ut cessent ab hostili impugnatione.

1. Prudenter precipienda sunt mala, ut salubriter bona succedant: offendiculo quoque sublato de medio, levis occurrit et facilius ad optata. 2. Sane cum dominus papa, zelator salutis, ad ea nos miserit, quae sunt honoris Dei, Ecclesiae, Imperii et status prosperi Lombardiae, ne guerrarum turbatio, quae solet in talibus afferre periculum, nostro processui circa premissa, quod absit, aliquid difficultatis opponat, bona fide consulimus et affectione pura rogamus et, quia expedire uidemus, districte uobis precipimus, quatenus post receptionem presentium et ab incursu cessetis hostili et securitatem prestetis, non solum transeuntibus, uerum adiacentium hominibus regionum; nos autem similia circa uestros aduersarios procuramus. 3. Sic etenim, precibus hinc indeurbationum zizaniis, in spe fertili diuinae clementiae superseminari poterit semen optate quietis.